


St. 547.15.

Hu
46





DISSESSATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
MEDICO PLATONICO

QVAM
PRAE S I D E
**GEORGIO AVGVSTO
LANGGVTH**

PHILOS. AC MED. D. PATH. ET CHIRVRG. P. P. ORDIN
FAC. MED. SENIORE ET H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS

A. D. XX. IVLII CICIO CCLIX

H. L. Q. C

P V B L I C E D E F E N D E T

IOANNES CHRISTIANVS AVGVSTVS NEEFE
CHEMNICENSES - HERMVNDVRVS
MEDICINAE CANDIDATVS



WITTENBERGAE
EX OFFICINA IOANNIS SAMVELIS GERDESII



DISSECTATIO INTEGRALIS MEDICU
M
MEDICO PLATONICO
GAVI
TRAESSIDE
GEORGIO VACASIO
LANGEGATH
THOMAS AC MEDE D. LATHE ET CHIRURGE PROGENI
VNC MED SENIOR ET A. DECINO
PRO GRADA DOCTORIS
AD XX IULII DISCECTUS
HAGUE
PARFICE PRESTINENS
JOANNES CHRISTIANUS AGUSTAS NEPPE
CHIRURGICUS HERMANUS
MEDICINE CANDIDATAS
00000000000000000000000000000000
MITTENDRÖSKE
EX OFFICINA JOANNIS SCHWEITZERI GENEVENSIS





Q. D. B. Valerij iustiorum amicorum
D E
MEDICO PLATONICO

§. I.

Et omni aevo magnus eorum numerus existit, qui PLATONEM, illum Philosophorum, et, CICERONE laudatore, omnium, quicumque scripserunt aut locuti sunt, et copia dicendi et grauitate longe principem, tum ob subacti acumen ingenii, tum ob Atticae dictionis mellitam elegantiam, summo opere admirarentur, diuinique prorsus et profundi elogium ipsi censerent cum diuo HIERONYMO tribuendum; in quibus MARSILII FICINTI, ^{a)} sequacis eius et interpretis, meritissima laude numquam defraudandi, ingens in hunc suum heroa, et, quod ipse reticere non potest, modum tenere nesciens, amor reliquos omnes facile superauerit, *Deum omnipotentem statutis temporibus diuinum Platonis animum ab alto demississe, vita, ingenio, eloquio-*

A 2

que

^{a)} in Prooemio operib. abs & edit. praefixo.



que mirabili, religionem sacram apud omnes gentes illustraturum,
extra se rapti instar minus verecunde scribentis: non pauci tamen
eriam, circumspecti magis, ut omnis antiquitatis, sic veteris phi-
losophiae, aestimatores, vniusque veritatis amici cultores, subin-
de inuenti sunt, qui, nimias eius modi laudes mature temperan-
das esse, sapienter iudicarent, dissensus sui caussas, et nimium cre-
scentis auctoritatis periculum, candide ac luculenter exponentes.
In diuersas saltem, et omnino sibi repugnantes, sententias discedere
videmus, qui tum de doctrina PLATONIS politica generatim,
tum uero maxime de ab ipso in exemplum proposita republica,
suum interposuerunt iudicium; aliis, cum BOECLERO^{b)} praefer-
*tim, libris de *Republica* nimium constituentibus pretium, aliis par-*
cius eosdem, nec iniuste, cum THOMASIO,^{c)} BRUCKERO,^{d)}
KAHLIO^{e)} que, laudantibus. Adeo, ut ATHENAEI,^{f)} in Medicos
ac Philosophos haud raro plus satis maligni, de PLATONE, de-
que ab ipso delineata republica, latum iudicium, recentiorum
plerique veluti suum facere, utique res fictae, et ad vitae usum mi-
nus accommodatae, cum ista vulgo comparentur, occasionem sup-
peditasse, videantur. Ecce tibi graue solidumque Deipnosophi-
stae iudicium: 'Ο δὲ Πλάτων πᾶς ἐκ ἀτοπος, τεῦν Ἀθηναῖον γενομένου
νεροφθετῶν, τῶν γε δὴ γροζέρεμένων, Δράκοντος, καὶ αὐτῷ τῇ Πλάτωνος,
καὶ Σέλωνος, τῶν μὲν τοῖς νόμοις ἐμμένεν τοῖς πολιταῖς, τῶν δὲ τῇ Πλάτωνος
καὶ προσπαταγελῶν δὲ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῖς πολιτείας, εἰ καὶ πα-
σῶν εἰναι σύντη βελτίων, μὴ πειθεῖ δὲ οὐδὲς, τί πλέον; Κοικεν δὲ οἱ Πλάτων μη

705

^{b)} in Commentar. de Scriptor. Gr. et Lat.

p. 16.

^{d)} in Histor. Crit. Philos. T. I. p. 726. sqq.^{c)} Orat. Acad. p. 412-421.^{e)} Biblioth. Philos. T. II. p. 144. sqq.^{f)} Deipnosph. XI. 15. ed. Cesaub. p. 508.

τοῖς ξεσιν αὐθεόποιοι γράψαι τὰς νέμες, οἷλλα τοῖς ὑπ' αὐτοῖς δικηλατομένοις,
ἢ τε κοινωνίαι τὰς χρηστομένες· ἐχέντες δὲ τὰς λέγους, τῶντα καὶ
γράφειν, καὶ μὴ τῶντα ποιεῖν τοῖς ἐνδεχομένοις, οἷλλα τοῖς τὰν ἐνδεχομένων
ἀντεχομένοις.

§. II.

Hinc, parum abesse, fateor, quin credam, ATHENAEVM eum
in primis locum hic respexisse, vbi PLATO^{g)} peregrinam,
et plane eius modi, personam Medicis, sua in republica constitu-
endis, imponere gestit et optat, quam tamen sua quisque natura
merito abhorruerit, tantique poenitere nunquam emerit. Ab
initio quidem ad propositam quaestionem: οἷλλα περὶ τεθετι λέγεις, ὃ
Σύμβοτες; ἀρέθεν ἀγαθὸς δῆ ἐν τῷ πλειστοῦτῳ ιατρός; satis commode
recteque responderet: Εἰν δὲ ἡν πλάσιον τοῦτοι, οἵτοι πλέοντες μὲν ὑγιεi-
νες, πλείστες δὲ νοσώδεις, μετεχεισταντο· quodque per modum cor-
rectionis, siue ulterioris explicatiōnis, addit, non inepre dictum est:
Ιατροί μὲν δενδριτοί δι γένετο, εἰ ἐν παιῶν ὁρεάμενοι, πέρις τῷ μαν-
θανειν τὴν τέχνην, ὃς πλείσιος τε καὶ πονηρότατος σώμασιν ἔμιλητειν.
Sed, vbi mox ita pergit: εἰ καὶ αὐτοὶ πάστοι νέστες κάμιοιν, καὶ διεν
μὴ πάντων ὑγειὲν Φύσει. h. e. sequi ipsi omni morborum genere labo-
rarent, naturaque imbecilla essent; haec sane, si quid nos vide-
mus, prorsus videntur esse eius modi, ut nihil facile, quod con-
tra omnem magis expectationem, ipsamque humanitatem, esset,
et virtutem, cogitari dicique, tanto minus a PLATONE, illo, secun-
dum CICERONEM, non linguae solum, sed etiam animi ac virtutis,
magistro, quem quasi deum quendam Philosophorum au-

A 3

diamus,

g) de Republica lib. III. ed. Fransc. p. 623.





diamus, potuisset. Nonne enim aperte hic, sapientissimus sectae
Academicae conditor, notante ATHENAEO, facit, quod, qui
obnixe votis aliquid sibi precantur? quippe qui, ut cum IVVTE
NALI^{b)} id genus somniantium rideamus,

animorum

Impulsu et caeca magnaque cupidine ducti,

vera bona, atque multum ipsis diuersa, dignoscere nequeunt,
persaepeque superuacua petunt et perniciosa; propter quae, ge-
nua deorum incerare, fas utique non fuerit.

Quid enim ratione timemus,

Aut cupimus? Quid tam dextro pede concipis, ut te

Conatus non poeniteat, votique peracti?

§. III.

Nos equidem non later, non paucis saepe aegrotantibus prima
fere haec vota esse, ut, adfectae, inque discrimin addu-
ctae, valetudini eius modi Medicum adhibere se posse, tam feli-
cibus sibi esse liceat, qui artis suae experimentum in semet ipso,
eodem morbi genere quandam tentato, tamquam splendidissima-
ni fallor, in persona, feliciter sumserit, siue, ut sic demum intel-
lecti omnino morbi citam, tutam, iucundam, quodque caput rei
est, demonstratiue, non probabiliter, certam, imo certissimam,
spora-

b) Sarg. X. 4. 350.

sperare valeant percurrationem; siue, ut suos, cum nullis aliis comparandos, dolores atque cruciatus, lamentabili deplorantes voce, illudque suum, ser opem! vltro citroque ingeminantes, eo facilius fidem, si diis placet, solatium, auxilium denique, apud expertum probe Rupertum, inueniant. Neque etiam IOSEPHVM GAZOLAM,ⁱ⁾ et BERNHARDINVM RAMAZZINI,^{k)} Medicos nuper in Italia magnam nominis celebritatem adeptos, ignoramus, pollicem PLATONI hac in re venerabundos pressisse, eiusque in nouum et inopinabile consilium, seu votum potius, manibus iuuisse pedibusque. Quorum ille, falsissimus artis suae, et ad omnes occasionses intentus, exagitator, dictu potius speciosam, quam veram et sufficientem, suae, cum pondere ergrauitate posita, sententiae rationem inde praetendit, *Platon*, scribens, *avoit bien raison, de dire, que, pour parvenir à être excellent Medecin, il falloit eprouver en soi même toutes les maladies; parce qu'il est fort difficile d'en avoir jamais une exacte connoissance, quand on ne les étudie, que par les livres.* Huius vero multo fertilius ingerium simplici huic rationi multiplicem, et quasi cornutam argumentorum aciem, subsidio dat, professo studio singularique oratione, *Medicum Valetudinarium*, (atque hunc non inepte ab inuentore suo Platonicum dici posse existimamus,) *aptiorem esse ad medicinam faciendam, quam alterum, inculpata valetudine degentem, copiose ornataeque edifferens.* Vnde non adeo mirandum, quo modo tam inepsum quidquam potuerit, possitque adhuc, venire in mentem non nullorum, haud blandius pro se sperantium, homini superflui*q. M. diff. vngn. ob. 1.*

i) Preferatif contre la Charlatanerie des faux Medecins, p. 85.





num, atque ut de tergo aliorum corium detergi saltem malam, quam suam sibi cutem fugillari. Si, quod secundum naturam non, repugnanteque ratione, est, tam vehementer arrideret, cupi dissimeque optatur, quid quaeso est, quam ob rem id, quod omnino secundum naturam et rectam rationem est, quodque idem PLATO, seu ipsa virtus potius, a nobis exigit, quasi non aequa ad nos pertineat, tam putide negligitur, tam turpiterque reiicitur? Arrige aures! alio loco laudatus virtutis magister haec tibi in aures insuffrat: Τέ δὲ αληθεία γε πάντων ἀμαρτημάτων, δια τὴν σφέδεα ἐντὸς φίλων, ἄντιον ἐκάστῳ γέγνεται ἐκάστοις: sed re vera nimius in se ipsum amor omnium peccatorum omnibus semper est causa. Iam vero ista opposita, diligentius aliquanto nobiscum considera, cuiusque in partes, vitii, an virtutis? transeundum tibi putes, perpende.

§. IV.

Enīm vero, quūm, docente CICERONE, non tam auctoritates in disputando, quam rationis momenta, quaerenda sint, quin potius, quid sit in quaue re maxime probabile, semper requirendum; ille ingenii atque doctrinae princeps, PLATO, omni sua auctoritate ac grauitate, a nobis non impetrauerit, vt errare cum ipso, quod CICERONEM maluisse mireris, mallemus, quam cum aliis vera sentire. Quid? quod, si animi causa auctoritatibus decerrandum fore paullulum, haberemus utique, quam opponere Philosopho, quaue palmam ipsi plane possemus eripere; auctoritatem intellige ipsius artis nostrae conditoris, ipsiusque

PLATO

l) de Legibus, lib. V. p. 842.

PLATONIS magistri, HIPPOCRATIS. Nonne enim, qui in medica
cina facienda consenuit, qui infinitis numero aegrotantibus, de-
positisque, ipso opere, praesens, opem tulit, indeque nominis im-
mortalitatem consequutus est, vnu omnium optime definuerit,
qualis is esse in republica, pulcherrime etiam, et ad votum pla-
ne, instituenda, debeat, cui summum ciuitatis bonum, sanitas
ciuum, regenda atque curanda, publica demandari fide possit?
Atqui venerandus iste Senex noster dudum, ante PLATONEM,
multum diuersa, cum natura rei tamen, ut decet, consentanea,
docuit, scripsitque. Audiamus ipsum, tamquam Medicorum
quemdam deum, semel atque iterum, ut *sana mente sanoque cor-*
pore rem suam Medici adgrediantur, praecipientem: ὅτι μὲν γὰρ ια-
τοὶ ἀγαποῦσθε γνῶμη μεθ' ἑρμηνούτος σώματος ἐγχειρέσθαι μ) eademque
alio loco, adiecta ratione, illustrantem atque corroborantem: ἵπτε
μὲν ἔναρι προσάσθιν, ὅτιν, ὡς ἔνθετος τε καὶ ἔνσαρκος ἐστι πρὸς τὴν ὑπάρ-
χουσαν αὐτῷ Φύσιν ἀξίεστον γὰρ ὑπὸ τὸν πολὺν οἱ μὴ ἐν διακίνεσι τὸ
σῶμα ὄντως, εἰδὲ ἐν ἑτέρων ἐπιμεληθῆσι παλώσ. π) Quodsi vero cum
vulgo sentire recusaueris, qui, nisi corpore, bene disposito, praedictos,
aliis bene prospicere posse, haud adeo absurde colligit;
ad naturam finemque, Medico obiectum, co vs prouocat, qui, per
vrbes obambulando, non sermone tantum, sed ipso etiam opere,
quis sit, et qualis haberi velit, demonstrare debeat; quo quidem
argumento quid potentius desideres: Ταῦτα, ὥν χρὴ ἐσ τὸν ἵπτειν
τέχνην ἐνεγκαμένος, καὶ ἀτρεκέως αὐτέντος γνῶσιν λαβόντας, θεως αὐτὸς τὰς
πόλεις φοιτεῦντας, μὴ λόγῳ μούνον, αἰδίᾳ καὶ ἔργῳ, ἵπτεις νομίζεσθαι. ο)

B

Horum

m) de Arte, §. XI. 1.

o) de Legi, § III.

n) de Medico, §. I. 3.





Horum enim aut omnino nihil praestare, aut aegrotos perraro saltem iniurere, poterit, qui ipse quidem, ob affectam aduersamque valetudinem, Medico persaepe ac iatralipta indiget; vtque, aegritudine sua in Iudibrium versa, tritum illud: Medice, cura te ipsum; sibi frequenter occinatur, diuitem, ridere quaerentibus, ansam praebet. Nemo autem, secum habitans, PLATONIS auctoritatem, medicis in rebus, maioris fecerit, quam coinstri; et si illum plurimum curae in artem nostram contulisse quoque, quantum tamen ad naturae contemplationem, non ad artis exercitium, attiner, AELIANOP) lubenter credamus, ipseque PLATO, plaudente filiorum AESCVLAPII choro, ^{g)} in censum sapientum, se Medicos professorum, non prorsus immicerito adscriptus sit. Permanebit procul dubio, numquam exturbandus, optimus SENEX noster in antiquissima possessione sua, quam ipsi, non nostrae tantum scholae, sed vniuersa venerabilis antiquitas usque adhuc illibatam custodiuimus; vtque PLATONI diuini attribuit elogium: sic HIPPOCRATEM diuinum senem, nomine per excellen-
tiam suppresso, appellauit; quod CLERICOR) multo videtur praestantius. Ut de diuinis honoribus, HIPPOCRATI viuo, propter immortalia merita, decretis, nunc nihil adiiciam.

^{g)} Var. Histor. IX. 22. οὐδὲ Πλάτων δὲ φρόντιδα εἰς αὐτὴν (ιατρικὴν τέχνην) ἔχει πρέσγυν, qua in re tamen CELESTVM nostrum non consenserintem habet.

⁴⁾ conf. CLERICVS ET SCHVLZIVS IN Histor. Medicis.

^{r)} Hist. de la Medec. p. 251. Il a partagé

avec Platon le titre de Divin; il a même en cet avantage, par dessus ce Philosophe, qu'on l'a appellé le Divin Vieillard, par excellence, et sans le nommer par son nom, au lieu, qu'on a dit le Divin Platon.

§. V.



§. V.

Sed, ex ipsius PLATONIS¹⁾ consilio, auctoritates mittimus, ea spectaturi argumenta, quibus laudati triumviri eo se adduci passi sunt, ut, diuinum senem nostrum hac in causa deferere, non dubitarent. Atque una et simplex admodum ratio Philosopho sufficit, *corpus non corpore curari, sed anima*, constituenti: 'Οὐ γὰρ ὄματι σώματι σῶμα θεραπένεστιν. (Θ. γὰρ ἀντὶ ἐνεργοῦ κακὰ τίνει ποτὲ καὶ γενέθω) αἰλλὰ ψυχῇ σῶμα, οὐ ἐν ἐγκυρῷ, κακὴν γενομένη τε καὶ ἔσται, ἐν τῇ θεραπεύεσθαι.) Quam quidem rationem, quilibet videt, mere esse, ut Philosophi loqui amant, hypotheticam, et illam auctoris singularem doctrinam de ideis, deque anima ac corpore, quam caput et cardinem dictae ab ipso philosophiae recte habueris, sapere et redolere. Homo enim nihil ipsi est aliud, quam anima; ²⁾ a qua omnia, vel bona, vel mala, in corpus, et hominem totum, dimanent; ³⁾ corpus autem non pars quedam, quae dici solet, essentialis hominis, sed instrumentum tantum animae, quin plane carcer et sepulchrum etiam.⁴⁾ Id quod, ut alibi expresse docet: Εμὸι μὲν γὰρ ἡ Φαίνεται, οὐ ἀντὶ χειρὸς οὐ σῶμα,

B 2

τέτο

1) in *Phaedro*, p. 1237. Χρὴ μὲν ταῖ, πρὸς τῷ Ἰππωνάτει τὸν λόγον ἔξετά· Σούτα σποτεῖν, εἰ συμφωνεῖ

2) de *Republica*, III. p. 624.

3) in *Alcibiade I.* p. 447. Εἴσειδη δὲ ἔτε τὸ σῶμα, ἔτε τὸ ξυναμφότερον ἐστὶν ἀνθρώπος, λέπτωμα, (ήμα) η ἥμεν αὐτὸν ἀντίληψιν, οὐ ψυχὴν ἔτι ἐν σαφέστερον δεῖ ἀποδειχθῆναι τοι, οὐτὶ η ψυχὴ οὐσίαν ἀνθρώπου;

4) in *Charmide*, p. 464. Πάντα γάρ, ἡ φύη, ἐκ τῆς ψυχῆς ὀφύεται, καὶ τὰ κακά, καὶ τὰ ἀγαθά, τῷ σώματι, καὶ πάντι τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἐκάθετι ἐπιβίεν, ὡς περ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τῷ σώματα δῶν ἐκείνῳ καὶ πρώτον, καὶ μάλιστα θεραπέειν, εἰ μέλοι καὶ τὰ τέ σόλα σώματος καλῶς ἔχειν

5) in *Crazylo*, p. 275. conf. FICINT Confessio in *Comenii Plat.* p. 1147.



τόπο τῇ ἀντεῖ ἀρχῇ Φυσῆν ἀγαθὴν ποιεῖν, ἀλλὰ τέκναντον Φυσῆν ἀγαθὴν τῇ
ἀντεῖ ἀρχῇ σῶμα παρέχειν, ὡς ἐιόν τε βέλτιστον ^{ε)} sic mox post excita-
ta ab initio verba, exemplo iudicium, quos cum Medicis,
tamquam mala in ciuitate necessaria, frequens coniungit, latam
sententiam illustrare atque corroborare satagit: Δικαστὴς δὲ γε,
ὅς Φύλε, Φυσῆς Φυσῆς ἀρχεῖ ^η εἰς ἐγχωρεῖ ἐν νέας ἐν πονηραῖς Φυσαῖς τε-
θράφθατ τε καὶ ὄωληκέναι, καὶ πάντα εἰδικήματα ἀντίν ἡδυκέναι διεξάγη-
λυθέναι, ὡς εἰς ἔξεις ἀφ' ἀντεῖς τεκμαρέθατ τὰ τὸν ἄλλων εἰδικήματα, ἐιόν
κατὰ σῶμα νόσους ^{α)}

§. VI.

Ista autem philosophica ratio, eiusque fundamentum hypotheticum, binis istis Medicis, quos ad suam PLATO auctoritatem perduxit, non aequa videtur sufficisse. Medica igitur argumenta, eoque ipso probabiliora, his adiungenda, siue substituenda potius, esse viderunt. Et recte quidem. Artifici enim, quo ipsi in arte sua eo promptius credatur, artificialiter ut se gerat, necesse est. Quod probe intellexit fecitque GAZOLA, in hoc etiam antefixanum suum sequutus, ut non sine clypeo, imo vero post sipparium potius, in tam mirabilem, et plane paradoxam, opinionem tuto posset descendere. Quemlibet enim sui ipsius optimum esse Medicum, ut lecturis persuadeat, ipsam hanc quaestione ingeniose tractat, eleganterque disputat. *L'art de la Medecine*, scribit, ^{b)} n'est, que pures conjectures; et personne ne peut mieux, que nous mêmes, juger de nos dérangemens, et de ce,

qui

ε) de *Republica* III. p. 620.

b) Loc. citat. p. 84.

a) *ibid.* p. 624.

qui se passe au dedans de nous. Personne ne peut mieux interpreter les besoins de la nature, que les malades mêmes, à qui elle se fait souvent entendre par tant des sensations différentes. Les maladies se découvrent plus sensiblement à ceux, qui en sont affligés; et il est fort probable, que leur indisposition même leur en fait connoître les principales circonstances, avec beaucoup moins d'incertitude, que le Medecin n'en pourroit juger, sur la simple relation du malade. Platon avoit bien raison de dire, que, pour parvenir à être excellent Medecin, il falloit éprouver en soi même toutes les maladies; parce qu'il est fort difficile d'en avoir jamais une exacte connoissance, quand on ne les étudie, que par les livres.

§. VII.

Vt ut medica haec argumentatio iam prima in fronte plurimum promittat, multoque plus adhuc in recessu habere videatur: in ea tamen acquiescendum sibi non putauit RAMAZZINI, sed opus paullo numerosius, quod argumentosum dicere posses, emoliendum duxit: eam forte, secundum nonnullos, ob cauſam, ut veluti apologiam pro se ipso, valetudine enim iuuenis vrebatur admodum renui, e) scriberet, suique ciuibus ficeret fiduciam. Qui bus igitur pugnet seque defendat, argumenta, d) breuiter summatimque percurramus. Bono scilicet in Medico quum nihil

B 3

magis,

e) in vita, Eius Operib. praemissa, p. 2.
conf. SCHULZIVS in Hisp. Med. p. 327.

nvs, permutatione perfectissime valeru-
dimis redempturum est.

vbi addit: sed vix credo, FELICEM ali-
quem PLATERVM praerogatiua illas, quas

d) in Oratione posthuma, Opp. omn.
p. 883. lqq.

Valeudinario Medico tribuit RAMAZZI-



magis, exspectatur, quam experientia, hunc definitum vere exper-
tum, imo experientissimum, appellandum censet, qui omnia in
semper ipso, scientifica sui ipsius notione comparata, expertus sit,
nec conjecturis, aliunde petitis, indigetur; e. g. quid sit in acutis
morbis cum morte luctari, in chronicis ad plures menses lectulo
aut sellae affigi, in arthritide articulos conrorqueri; quid sit tan-
dem in Gallico morbo dies noctesque mulctari? pro fofstro enim
Medicos interdum Celtica labo respergi posse, commode monet.
Neminem, pergit, decantata artis praefidia rectius et cautius aegris
administrare posse, quam qui illa saepius inefficacia, noxia, ipso
morro peiora, suo, non alieno, periculo deprehenderit. Non
inepte, addit, Medicam operam cum munere obstetricio solere
componi: at opportuniorem longe haberi et arcessi lubentius,
quae quam plurimos in lucem ediderit foetus, et in officio suo con-
senserit. Cui accedat valetudinarium Medicum maiori comitate
singularique pietatis officio erga suos se gerere aegros, contra
vero bene semper valere solitum, aspere nimis ac imperiose cum
suis se habere aegrotantibus. Ex prioris relatione, quomodo
quibusque ex morbis emerserit, multum animi ac spei concipere
aegrotum; nihil obstare, ineptos vulgo putari ad opem aliis fe-
rendam, qui sibi ipsis eam ferre nequeant; malamque habitudi-
inem sobolem esse malae constitutionis, a parentibus acceptas, imo
intemperantiae in studiis et vigilatis ad pluteum noctibus: quum
vis animi, sec. PLATONEM, non efflorescat, nisi corporis vis deflo-
rescat; nec magis opportune HIPPOCRATIS, secus sentientis, au-
toritatem opponi, quum vulgi tantum opinionem, de Medico
bene colorato, referat, non eorum, quibus cor sapiat; risuque
excipi-

excipiendum illud antiquum scomnia atque proverbiū: Aliis medens, ipsus ulceribus scatens; ^{e)} peruerse ad Medicos, ulcera saepe in grauiorum morborum medelam facientes, adipicatum; ex quibus simul sumtis omnino appareat, Medicum valerudinariū ad medendum, scribendumque, multo aptiorem esse, quam pancratice valentem et duro de robore natum, istumque prae hoc, ut bonum Theoricum, ut meliorem Practicum, ut optimum denique Scriptorem, semper excellere.

§. VIII.

Tuam fidem, quam persuasibiliter haec dicta videntur! Sed, salua res est; videntur tantum. Sine multo quidem negotio efficiendum confidimus, cum SENECA^{f)} ut exclames: *Quam inania, baec, et specioso ac deceptuō fuso circumlita, inueni, intra nibil habentia fronti simile.* Ut nihil dissimulem, quum primo olim in hanc, nouitate sua insignem, inciderem paroemiam: *valetudinarium Medicum prospere valenti p̄aefare;* maleuolum quemdam veterem poētam, aut alium risorem dicacemque satyrum, ita seria ludo vertisse, suspicabar. Quis est enim, fuitque vimquam, tam fracto atque confuso ingenio, cui non difficile sit, fueritque, in Medicos satyram non scribere? Mox vero sententiam mutauī, seria, intelligens, amoto ludo quaeri, ubi, contra omnem expectationem meam, diutinum PLATONEM, primum eius architectum atque inuentorem laudari, videbam; condonandum tamen Philosopho, censui, animum idea reipublicae philosophicae imbu-

e) ERASM. *Adag. Chil. II. Cenz. V. 38. et νεοι βρύσι.*

IV-IV. 32. *Ἄλλων ιατρὸς ἀντὸς ἐλ-* f) *Consolat. ad Helviam, cap. 5.*





imburum habenti, nouamque adeo et philosophicam in ipsa Medicinam introducturo. Ut numquam enim credidi, PLATONEM ipso opere fecisse Medicinam, omnino persuasus, ipsum de se ipso loqui, proprieque accipiendum esse, quando: ἡμεῖς δέ τις λατερᾶς ιδεῖται, ait, εἰ σὲ δύναται γενέσθαι, παντὸς προξενίας, οὔτε λατερᾶς, οὔτε τέντονος, οὔτε ἄλλο δέδει τὸν τοίστων sic vnicē, ex tam paradoxā eius sententia, idem plane demonstrandum esse, tum quidem opinatus sum, et, si me recte noui, etiamnum opinor atque censeo. Ex quo tandem ipse colligas, licet, animum meum quam perculerint ilico, duo nostri, in eamdem sententiam loquuti, remque serio agere visi, Medici! Initio vix oculis fidem adhibui; tum nouitatis, cuius natura omnes sumus audi, studium excusare occoepi; denique obstupui, nec vñquam, quid fieri potuerit, mirari desinam; secus forte, ac LVCRETIO ^{h)} sententia stat;

*Nil adeo magnum, nec tam mirabile quidquam
Principio, quod non minuant mirarier omnes
Paullatim.*

§. IX.

A scopo nostro nos procul dubio nimis longe abduceret, si, ita ferente, non pressa, occasione, denuo in amoenissimos philosophiae campos exspatiari, quidque in hac toties confutata, et nunc penitus antiquata, PLATONIS, de natura hominis, doctrina obscurum, precarium, omninoque falsum, insit, tantoque igitur liquidius ab ipso olim demonstrandum fuisset, aliquanto copio-

^{g)} in *Protagora*, p. 234.

^{h)} de *Rer. Nat.* II. 1027.

copiosius vellemus exponere ac repetere. Ut taceam, omnem in
 hac re consumtam operam, pro superuacanea deinceps ac inutili,
 non uno nomine haberi posse. Ad IAC. enim BRUCKERVM,
 V. Cl. adire, Eiusque Historiam Philosophicam vtraque manu
 amplecti atque euoluere, potest, qui omnem PLATONIS doctrinam
 de anima, solide atque concinne traditam, imo vniuersam eius
 philosophiam, veluti in σύσημα redactam, nosse, atque acriori
 animo intueri, cupit. De eo deinceps nemo, paene dixerim, so-
 brius et sanus, adhuc hodie disputat: num animi atque corporis
 vnione homines simus; num altera pars hominis, alterius ope at-
 que ministerio, ad officium suum faciendum, continuo indigeat,
 suaque hinc dignitas ac praerogativa vtrique competit. Tantum
 que hoc seculo nostro abest, vt quis corpusculum suum pro
 claustro vilique ergastulo, in quo anima delictorum poenas det,
 cuiusque inclusa vinculis amens ab initio effecta sit, cum PLA-
 TONE ⁱ⁾ reputari concedat; vt potius non pauci, ultra PLATO-
 NEM ARISTOTELEMQUE sapientes, in contraria ruant, nisique
 totum hominem in meram ac nudam machinam, fugata procul
 anima, conuertunt, principem tamen illius partem corpus, esse,
 et artificiosissime constructam machinam, contendant, neminem
 que alium, nisi corpore corpus curantem, Medicum anquirant.
 Cui praeterea accedit, non labefactata demum aut funditus euerfa
 indigna hac PLATONIS de corpore hypothesi, illam eius, de Me-
 dici valetudinarii praefstantia, opinionem totam corruere; vt
 cum qua ita, apparet, comparatum esse, vt, separata ab suo fun-
 damento, et sola in se spectata, ipsi sibi multis modis repugnare

C

videat.

ⁱ⁾In Cratyle, p. 275. et Timaeo, p. 1056.



videatur, siuumque auctorem, quandoque dormitatem, et sibi prorsus dissimilem, ostendat.

§. X.

Vnum duntaxat alterumque, ne quid dedisse videamur affectui, nonnihil excutiamus. Doce igitur nos, *divine PLATO*, quis deus, aut quodnam pie abs te cultum daemonium, magnum illud mysterium tibi aperuerit: peccatis suis liberam adhuc meruisse animam, ut corporis includeretur compagibus, inque eo, tamquam in carcere, iustas daret culpae suae poenas? Ipsa sibi nullius promulgatae legis, nedium grauissima poena sanctiae, delictique nullius, est conscia; nullam illa, claustro huic indita, aegritudinem sentit: τὸ δὲ ζημιῶθαι, εἰ πανὸς; πάνυ γε. k) contra ea vero tam pulchre sibi in hoc, artificiosissime constructo, splendideque ornato, palatio placet, ut illud, aeternum habitari posse, optet. Sola mors, carcere hoc laxari, ipsi poena est. Fictae igitur eius modi et commentitiae fabulae Philosophos non decent. Sique porro, philosophiae tuae, veraeque sapientiae, summa est, animae a corpore solutio, et conuersio quaedam ad ea, quae re vera sunt, et intellectu videntur; l) διδούσαι, ais et suades, πειράζοντες ξεῖνος Φέργην, ὅτι τάχιστη Φύγη δὲ ἐμέωντος θεοῦ κατὰ τὸ δυνατόν. m) Quid est, quæso, quare sanitatem corporis, nisi omnino summum, summo tamen huius vitae bono proximum, habes, illamque in contiuuii cani solitam cantilenam: ὅτι ὑπολίγεν μὲν

k) in *Gorgia*, p. 320.

l) in *Phaedone*, p. 49. sqq. et ex *ALCINOI* definitione; conf. BRUCKER. loc. cit.

p. 670.

m) in *Theaeteto*, p. 129.

ἀριστέον ἔστι τὸ δὲ δεύτερον, παλὲν γενέθλιον τέτον δὲ τὸ πλεῖον αἰσθάνεις.^{a)}
aperte non improbas; Medicumque, satis superbe rogamet:
τι δέ τοι μᾶλιστρον σχεδὸν αὐθόποιος ἵρισίν;^{b)} cum indignatione non
refutata, aut meliora ipsum edoces? Quare in republica tua Medi-
cos admittis, eosque bonos desideras, et, quomodo excellere in
arte sua discant, doces; quos tamen, tamquam profanos, et philo-
sophiae tuae, sapientiaeque, acerrimos hostes, iniusta scilicet arte
sua carceris huius destructionem impedites, proscribere potius, et
omni ciuitatis iure interdicere debebas? Nisi corporis vis deflore-
scat, qui animi vis efflorescere, tua ex opinione, poterit? Quodsi
tandem homo, ex definitione tua, nihil aliud est, quam anima;
ab ea autem omnia bona atque mala in corpus totumque homi-
nem diminant; ais enim, et supra excitatis addis: ὅτι ὡσπερ ὁ φ-
θαλμὸς ἀνευ κεφαλῆς οὐ δύναται εἶναι θάνατος,
ὅτιος οὐδὲ σώμα ἀνευ ψυχῆς οὐδὲ τόπον οὐδὲ ἀιτιον οὐδὲ τὸ διαφέυγειν τὴς παρού-
σιος ἐλληνον λατρείας τὰ πολλὰ νοσήματα, ὅτι τὸ οὖλον ἀγνοεῖν; οὐ δέοι τὴν
ἐπιμέλειαν ποιεῖθαι οὐδὲ καλῶς ἔχοντος ἀδύνατον οὐκ τὸ μέρος οὐκ ἔχειν. p)
quid causae subest, quare deinceps nonnullorum morborum
origines in alias causas, aëris intemperiem, diuersa anni tempora,
coniicis, atque aduersus hos Medicorum auxilium implorari con-
cedis, aduersus illos autem, qui ab animo proueniant, Medicos,
animo tamen magis, quam corpore, curantes aduocari, indi-
gnanter fers? Τὸ δὲ λατρεῖον δεῖθαι, inquis, ὅτι μὴ τραυμάτων ἴνεκα,
ἢ τινῶν ἐπετέλουν νοσημάτων περιπετεύοντα, οὐδὲ δὶς ἀργύρων τε καὶ διαυταν, οὐαν
διηλθε.

C 2

^{a)} in *Gorgia*, p. 309.^{b)} ibidem.^{a)} in *Charmide* p. 464.



ἀνθρώπους, ἐγενέτων τε καὶ πνευμάτων, σὺ διηγεῖς δοκεῖ; q) nonne aperte
hic fluctuas; quumque inter malum morale, quod dicitur, et phy-
sicum, non satis bene distinguas, male etiam doces? Sique mor-
bis, ex caussis naturalibus et necessariis, oriundis medicinam qua-
rere viisque contienit; quidni tanto maiorem, aduersus eos morbos,
qui ab animo producuntur, multoque illis numerosiores sunt;
medicinam in promptu habere, necessitatem putes? maxime, quum
mala penitus extirpari nequeant, sed naturam mortalem, et infe-
riorem hanc regionem nostram, necessario circumveant. r) Quum.
que corpus, sanum etiam, sapientiae acquisitioni, tua ex mente,
impedimento sit; quanto magis inualetudo eius dolorque, qua-
cumque ex caussa accidens, turbabit decipietque animam, s)
quam oxyssime propterea, medica manu tractandus et sopiendus?

§. XI.

Dimisso PLATONIS fundamento, ex quo, veluti a priori, effi-
cere conatus est, solum Medici animum morbis quibuscum-
que curandis sufficere, quodque consequens est, Medicum vale-
tudinarium tanto rectius animo valere et ratiocinari posse, quanto
minus a corpore affecto impedimenti sentiat; ad principem que-
stionis nostre partem progredimur, ostensuri, nec ullam suisse
PLATONI necessitatem, quae ipsi tam paradoxam opinionem,
tam et ridiculum votum, extorqueret; nec per rationes, tum
physicas, tum morales, ullum fictioni eius induci colorem, ne-
dum

q) de *Republ.* III. p. 622. in *Timaeo* r) in *Theaeteto*, p. 129. s) in *Phaedone*, p. 49.

p. 1081. alibique passim.

dum ullam conciliari probabilitatem, posse. Ac initio quidem sanitati ciuium suorum regundae melius consulere non potuisset Philosophus, quam si Medicos, HIPPOCRATI, praceptoris suo, similes, eius ex schola conuocasset, praemiaque, praefrantioribus danda, ^{t)} debitosque honores: θεον γαρ ἡγαθόν πε τιμήν ^{v)} publica fide constituisset. Ipsi enim exemplo esse poterat HIPPOCRATES, viuus adhuc ab omnibus, veluti praesens deus quidam, habitus, et post mortem diuinis affectus honoribus, ^{x)} qua via procedendum sit Medico, ut artem et scientiam suam ad summam, quae cadere in res humanas possit, perfectionem adducat, ipse que inter maximos aequales fastigium consequatur. Atque regiam hanc viam probe calluit, calcandamque proposuit, ipse PLATO, ab futuris Medicis, ut ex superioribus recordamur, requiens, ut, ab ineunte aetate, praeter discenda artis studium, inter plurimos, tum integra valetudine fruentes, tum corpore male affectos, diligenter conuersarentur; ^{y)} quodque consentaneum est, ut omni animi corporisque virtute eo eniterentur, quo peruenisse Diuinum Senem vniuersa Graecia cum admiratione viderat. De qua quidem via, quare medicae artis tirones veluti in semitam minus tritam deducere, nouamque plane viam iis aperire, quaeasierit PLATO, id dictu non ita planum ac expeditum est. Forte, quum domestica, inprimisque nouiter a nobis inuenta, familiariter soleamus adipiscere, iudicio fauor offecit; nouitatis studio plerique omnes mirifice trahimur. Cuius praecipitantiae adhuc ve-

C 3

risimi-

t) PLATO de Regubl. V. p. 657.

DEN. Tom. II. p. 936.

v) Idem de Legib. V. p. 838.

y) §. II.

x) vide sis Decretum Aihenensem, sp. LEX





risimilius GAZOLAE AC RAMAZZINI facilitatem, qua PLATONIS opinionem defendendam suscepere, postulaueris. Nemo enim GAZOLAE negauerit, summae difficultatis rem esse, imo fieri plane non posse, ut quis, ex sola librorum lectione, omnibus numeris absolutam medicae artis cognitionem sibi comparare valeat; aequae tamen minus, inde consequi, concederit, omnium morborum naturam, remediorumque virtutem, in semet ipso statim futuro Medico experiundam esse. Quasi uero in biuio haerentes, alteram viam necessario debeamus ingredi, ipseque cum HIPPOCRATE PLATO, aliam, qua sine multa offensione ac remora procedendum sit, tum praeceptis, tum exemplo, nobis non monstrauerit. Quodsi vero GAZOLA et RAMAZZINI, alienam experientiam, tamquam ambages, tam delicate fastidiunt, propriamque adeo vrgent, ut omnia salutis discrimina fortiter audeunda consulant et praecipiant, optimo quilibet iure consentaneum esse regesserit: laudatos hos triumuiros inuiam hanc viam aut ipsos prarentasse, quodque eadem succedat, feliciter expertos esse; aut ipsos, quod salua tamen eorum existimatione dixerim, adeo praeclaros exoptandosque in optima arte progressus non fecisse, candide cum HIPPOCRATE^{z)}) confessuros potius: nos ad finem Medicinae non peruenimus, etiamsi senes, octogenarioque maiores, partem, facti fuerimus. Illos autem, aut multis morborum generibus enecatos, aut minus prospera valetudine, praeter RAMAZZINVM in sua iuuenta, suisse yflos, nuspian commemoratum legimus.

§. XII.

z) in Epistol. ad Democrit. ed. LINN. p. 933.

§. XII.

Ad rationes physicas, Platonico aduersantes προβλήματι, vbi nunc veniendum est, tot numero, tantaque dignitate, considerandas se nobis obiciunt, vt omnes sub censuram vocare, impossibile, delectum autem facere admodum difficile, videatur. Quo magis mirere, has omnes PLATONEM cum suis sequacibus, siue spretas attendere noluisse, siue, quod supra fidem est, tacitas et non animaduersas praeterire potuisse. Enim vero, ea vis ac potestas esse solet praciudicatarum, hypothesis titulo plane indignarum, opinionum, vt omnis, his corruptus, iudex male verum examinet, deque repugnantibus sibi argumentis, nec lumbenter, nedum seuere, cogitet, nec sine supercilie atque indignatione se moneri patiatur; sua in domo Cyclopi similior, quam bifronti Iano, aut partes in omnes speculantistellato Argo. Quia propter potiora earum capita tetigisse satis sit. Primam igitur rationem, informandi ad artem medicam tironis, futuriisque Medici, quem nolentem volentem tot discriminibus obiciere volupet, habendam esse nemo non videt. Ut, quid patiatur, intelligat, morborumque naturam, remediorum vires, et quidquid ad haec pertinet, suo sensu discat, consentaneum videtur, non stipitem quemuis ac truncum, forte fortuna obuium, sed virum iuuenem, triplici circa pecus aere reuinctum, inque omni arte, κατὰ τὸ δυνάμεως versatissimum, huic periculo, numquam deinceps sumendo, idoneum eligendum esse. Sed, si cogitas, artem longam esse, et vitam breuem; cauendum, ne meliores anni in arte ante addiscenda consumantur; non HIPPOCRATEM, et si octogenario





rio maiorem, et compendiariam magis viam ingressum, ad finem artis peruenisse; tot, numero infinitis, natura diuersis, rite tamen experiundis, morborum generibus vix Nestoris suffectura videri secula; interea autem omne, arti cum fructu, post tantam omnium expectationem, facienda opportunum tempus elabi; ipsoque tandem ineluctabili fato, mille viis ad immaturam mortem patentissimis, taciteque crescentibus annis, spes omnes ciuitatis tanto probabilius interciras; properandum itaque, nec tam operose addiscenda, quae dediscenda deinceps, aliterque discenda futura sint; et quae sunt id genus innumera. Tum uero vix unum eudemque hominem omnibus aptum morbis esse, sed aeratum, temperamentorum, vitae generis, sexus maxime, diuersitates prouide spectandas: morborum enim alios, positis his conditionibus, magis minusque obseruari congruos; alios, sexus inprimis, tota diuersos natura et immutabilibus adstrictos legibus. Nonne fateri te coactum vides, haec, quasi sponte sua tibi occurrentia, ab his, qui consilium primi dederunt, probe ante ponderanda fuisse ac expedienda. Inops consilii nobiscum eris, nec definire audebis: quis et qualis huic tirocinio destinandus, aptusque iudicandus, sit; inprimisque te male habebit, nec PLATONEM, nouae reipublicae conditorem, vitae ac sanitati sexus, aequa, ac virorum, prospexit, cuius distantem longe natu-
 ram non ignorarit; nec Medicos nostros mancae, et parte principi laboranti, hypothesi tempestiuam, subsidiario consilio, adhibuisse me-
 dicinam. Scilicet hoc loco rogare se ipsum Philosophus debuisset:
 Η ἐν αἰδεσσι πάντα προσάζομεν, γυραντ δὲ σέαν^{a)} Forte de noua
 -anagorodice μεταρρυθμον πον των μετανοησαντων σπουδιών vtrius.
 a) de Republ. V. p. 654.

vtriusque sexus, medica in arte, sua methodo, erudiendi, condenda Academia tum cogitasset; quam in classes distribuere et sumenda pericla ex aequo aequaliter partiri, licuisset; multiplici, ni fallimur, cum vilitatis fructu, facilique omnis apparentis difficultatis Victoria. Ex obseruatione eius enim γνῶμας μὲν τὰ πολλὰ πολλῶν ἀνθρώπων Βελτίστης εἰς πολλά: b) quod iudicium veritas, vel caelibem vitam agenti, extorsit. Alia quidem via GAZOLA adgressus est; monitus tamen huic defectui sapiens procul dubio consilium ex machina innuenisset. Il n'y point de doute, sic lepide iocatur, c)
que, pour avoir vne connoissance suffisante de la Medecine, il ne fau-
droit pas moins, que les années de NESTOR, ou la transmigration
de PITHAGORE, pourvu encore, que l'ame de chaque Medecin passât
à un autre: et, qu'a la faveur de la réminiscence de PLATON, les
derniers pussent savoir dans leur ieunesse tout ce, que savaient leurs
prédecesseurs dans l'âge le plus avancé. Je veux croire, qu'après
plusieurs siècles écoulés on pourroit enfin, par le moyen d'une pareille
succession de connoissances, parvenir à savoir la Medecine; mais
sans cela nous aurons toujours sujet de dire, avec VALECIOLA, qui
est celui, qui a vécu, ou qui vivra assez long tems, pour acquérir
une parfaite connoissance d'un Art si difficile?

§. XIII.

Multa porro, nec minoris momenti, argumenta, intuitu mor-
borum et caussarum, hos producentium, sese offerunt,
quae contra nouiter repertam opinionem acerrime repugnant. Mi-
rum
D

b) ibidem.

c) loc. citat. p. 100.





rum esse, dices, PLATONEM, numeris atque harmonia tantopere delectatum, occasione tam ampla, morborum non iniisse numerum, nec rationem subduxisse, vt constaret, num et quo vsque hominis aetas, non omnibus omnino, sed plerisque tantum, maxime scilicet, caecis, grauioribus, et frequentioribus, morbis experiundi suffectura sit, ita tamen, vt integris adhuc annis tirocinium ponere, fructusque tam immensi laboris, tantisque cum periculis comparatae scientiae, sperare, ac dulcissimos percipere, idem possit. Tum enim constitisse ipsi, addes, quum morbi numero paene infiniti sint, multique tempora sua non cito decurrant, sed trahant, et diurnas molestias adferant, nec aetatem, Pylio aequo numerosiore, oneri huic, totque casibus subeundis, parrem futuram, et si tota in his experimentis consumatur; id quod, positus a MARTIALI^{a)} calculus, solus propemodum exponat, licet non nisi tria morborum genera ad illum reuocet:

*At nostri, bene computentur anni,
Et, quantum terrae tulere febres,
Aut languor grauis, aut malit dolores,
A vita meliore separentur,
Infantes sumus et senes videmur.*

Idem de cauſarum, quae tot morborum, tot symptomatum, diuerſitates foueant et progignant, ineffabili multitudine, varietate, qualitate, violentia, lentore, tenendum inculcabis. Magnam, inquiens, eārum partem pugnare secum, adeo, vt pro difre-
pante multum, aetatis, temperamentū, vitæ generis, sexus etiam, condi-

^{a)} *Epigramm. VI. 70.* Adde IV VENALEM,
Sat. X. 218. infinitam morborum mul-

titudinem venusto carmine exprimen-
tem.

conditione, eodem in subiecto eamdem vim exercere, eosdemque morbos, quoad indolem et accidentia, progenere, non possint. Alias in potestate nostra non esse, nec ex voluntate sive inuitandas sive abigendas, sed, ex connata indole, vniuersali contagione, violentia externa, pro aëris, aquae, locorum, virtusque, diuersitate, physica quadam necessitate nos affligere; itemque pro diuerso regimine, recto peruersoque remediorum usu, aliarum occasionalium, saepe latentium, concursu, faciem multo diuersam praeserre, et effectus edere plane dissimiles; non paucas, contra, imo, experientia teste, quam plurimas, culpa nostra arcessi, sustineri, augeri, inque perniciem nostram, rerum non naturalium, alienorum, potulentorum, somni, otii, laboris, veneris, non naturali usu et abusu, inprimisque neglecta animi et virtutis cultura, tacite aperteque inuitari, adeoque indulgentia et consensu nostro, quasi ex pacto et conuentu, conuocari. Fieri igitur plane non posse, ut omnes, seu subcisiue, seu continente quodam impetu, serie non interrupta, nullisque concessis induciis, unum eundemque hominem adoriantur, semperque, ubi deferuerint sponte, aut artis lege exceptae, mitigatae, fugatae fuerint, noui, tota natura diuersi, pressoque pede sequuntur, morbi semina, et ad ea retinenda aut recipienda necessariam corporis dispositionem, relinquant. Concessis denique his omnibus, eti si vniuersa rerum natura, ut fictioni seu stolido voto locus sit, funditus ante eueri debeat, tempus tamen, quo tam praeclarae res gerantur, non esse describendum, tantoque minus, portentose etiam extensam, hominis aetatem sufficuram. Quibus, quid sine pudore reponi possit, nihil suppetit.



§. XIV.

Paene taedet coepti operis, festinemus finem. Quod palmarium tamen habeas, breuiter adhuc disputemus, ad duo fere capita referendum. Quum nullus morbus nobis accidat, quin molestiam secum, maiorem, minorem, adferat, nostram, quam dicimus, animalem oeconomiam turbet, functionumque aliam atque aliam, naturalem, vitalem, animalem, modo tacite latenterque, modo aperte et cum sensu exquisitiore, laedat, impedit, supprimat; de eo in primis, imo ante omnia, dispicendum fuerit, ne quid precarium, quoque principium peratur, tamquam exploratum, in nobis obiectam quaestionem subdole irrepatur, neglectumque admittatur. Instas igitur, acriterque vrges, plane per experientiam constare: tam benignam nullam inveteritudinem esse, quin molestiae sensum quemdam exciter, eoque ipso vim animi quodam modo debilitet et minuat; nonnullos morbos, grauius, cum taedio et dolore, nos afflentes, functiones animales manifestius turbare, animique virtutem, et sensus utriusque acumen, magis magisque obrundere et impedire; alias denique, bene multos frequentesque, summo impetu irruere, omnemque discernendi facultatem et conscientiam, aut supprimere ad tempus, et summe debilitatam post se relinquere, aut plane, vel numquam deinceps, vel rarissime, recuperandam, eripere: vnde manifestum sit et demonstratiue verum, contrarium, de quo vel maxime quaerendum, in quaestione proposita sumi, deque homine valerudinario eius modi praedicari, quae, praedicari de ipso nullo modo posse, vulgaris etiam et quotidiana experientia doceat. Quae quidem sua luce radiant, et cum veritate omnino consentiunt.

VIZ. 2

80

unt. Tantum igitur abesse, omnino hinc efficitur, ut quis, suo ipsius sensu et propria, in semet ipso sumenda, experientia, graviorum in primis morborum naturam discere, conditiones eorum perpendere, praesentia, facta, futura, notare, ac inter se comparare, causas scrutari, remediorum denique vires et effectus experiri, istaque omnia longe melius, accuratius, pleniusque, quam Medicus, caeteris paribus, rerum suarum aequae peritus, sed animo ac corpore bellissime valens, speculari, perspicere atque perficere, adeoque Medicam artem ad perfectionis suae fastigium proprius adducere, suisque ipsius morbis consilium et medelam inuenire, possit; ut potius strata magis via, ad artem confundendam, inextricabiles in errores praecipitandam, et plus quam Cimmeriis inuolwendam tenebris, excogitari numquam atque aperiri potuerit, nihilque minus sperandum expectandumque sit, quam consummatissimum eriam, et Stoica disciplina duratum, Medicum, misere, desperare, omnibus animi et corporis viribus exhaustis et sine sui conscientia decubente, sui adhuc ipsius optimum esse posse Medicum.

§. XV.

A Iterum caput, quod tergisse, operaे premium fuerit, PLATONEM respicit, tum sibi ipsi contrarium, tum dissimilia male coniungentem. Eius ex doctrina, supra iam tradita, bene affectus animus, vi sua corpus, quoad fieri potest, optimum reddere potest; quod, vti est verissimum, ita virtutis magistro dignissimum. Animus vero hoc loco non totum hominem significat, sed pars hominis tantum habendus est; quum, quod de ipso prae-

D 3 dica-





dicatur, eodem modo de corpore in tantum negatur. Neque etiam haec animo virtus absolute hic tribuitur, quasi solus animus, sine corporis ministerio, ea peragere debeat ac soleat, quae ab integro homine expectaueris: sed modus, ὡς ξον, recte adiicitur, eoque ipso subiectum accuratius determinatur. Ut adeo concinna admodum PLATONIS sententia paullo copiosius hoc modo enunciari posse videatur: Mili quidem non videtur, bene affectum, h. e. integra sanitate praeditum, corpus, vi sua, qua eius imperata promte exsequitur, et nullam ipsi, reagendo, molestiam creat, animum bonum facere, id est, sanum reddere, et facultates eius prouehere, sed contra, bene affectum animum, i. e. sanum, suarum sibi actionum conscient, omnique veritatis et virtutis studio probe excultum, vi sua, qua in corpus agit, eiusque ministerio vtitur, corpus optimum reddere, hoc est, sanitatem eius conseruare, emendare, et, quae proslint ipsi et noceant, accuratius circumspiciendo, adiplicando, ac vitando, quantum fieri per mechanicam et physicam corporis naturam potest, prouehere atque protrahere omnino posse. Quam etiam ab caussam non modo in homines, liberaliter educatos, animi vitiis, errore, voluptate, affectibus, corpus corrupentes, grauiter animaduerit, ^{e)} sed etiam morbos, animi desidia et intemperantia contractos, curari a Medicis, longamque hoc modo mortem ipsis, non curato ante et ad sapientiam informato animo, praestari prohibet.^{f)} Quo quidem, quae a SOCRATE accepit, docet; quem AELIANVS refert, sua etiam vita ac exemplo, quae docuerit, confirmasse, ac moderatione ei-

^{e)} de Republ. III. p. 621. sq.

^{f)} ibid. p. 624. Τέτοιοι μὲν οὐτοί τὸν Φυγῆν κακοφυῖον καὶ ανίστησιν αὐτοὶ αἰσκετεύονται σώματα τοιάτοις, αποδημεῖσιν εἴσασται,



continentia id effecisse, ut, tota passim Atheniensium ciuitate periculose aegrotante, unus omnium numquam omnino ne aegrorauebit quidem; addito epiphonemate, quod in omnium animis merito aculeos relinquit: ὁ τοινυ τοιέτῳ συνὶν σώματι, τίνα ἡ γέμεθα ἐχε ψυχήν; qui autem eius modi corpus gessit, quali eum animo praeditum fuisse credendum est? ^{g)} Qui potuit igitur PLATO, salua sua, de animi virtute corpori, sibi adiuncto, sanitatem conseruandi, plurimamque inualeitudinem ab ipso arcendi, doctrina, a futuro Medico exigere: ut, quo aliquando in arte sua excellere possit, omni morborum genere ipse laboret, tenuique usus valetudine medendo aegrefeat? Sane Medicus philosophus, qui omni sapientia ac virtute animum excoluit, et porro perpolire non definit, eius modi morbis ac perpetua aegritudine numquam tentari et infestari potest, quos aliorum desidia, feruor, iracundia, ^{h)} intemperantia, voluptas, mollities, facit atque sibi contrahit; effectus vero, sine genuina causa, existere non potest. Quumque praeterea, in ciuitate optime instituta suum cuique opus, quod perfici necesse sit, assignatum esse debeat, καὶ οὐδὲν χολὴ διὰ βίᾳ κάκωσιατρευομένωⁱ⁾ nec ulli superesse otium, ut per omnem vitam valetudinarium in corpore cυrando occupetur, Philosophus contendat; siquidem ἡ νοσοτεχνία τετονικῆ μὲν γάρ, καὶ τὸν ἀλλοι, τέχνης, ἐμπόλεν τῷ προστέξει τῷ ν. k) Quam ob rem solum Medicum valetudinarium non modo tolerari in sua ciuitate vult, sed etiam, ut imbecilla natura sit et tenui vitatur valetudine, optar atque iubet? Quasi vero suum opus Medico non assignatum sit, satisque oīii ad aegrotandum suffpetat; nec

^{pro-}
g) Var. Histor. XIII. 27.

i) loc. cit. p. 622.

h) cīc. Tuscul. Qu. IV. 24. Iracundi, soli k) ibid. p. 623.
morboſi.





protracta, sine fine, morborum et inualetudinis curatio mentem Medicis ab opere suo, summaque cum attentione sumendis in semet ipso experimentis, non diuertat!

§. XVI.

Sed, in deamatae hypotheseos fauorem, iterato sibi contrarius esse pergit, lapsuque eodem, quae dixerat, exemplo illustratus, dissimilia coniungit. Ut probaret, Medicos omni morborum genere laborare, et imbecilla natura esse, posse, sibi uideri, addebat: illos corpus non corpore, sed anima, curare; quod idem est, ac si rationes suas ita subduxisset: sola corpora aegrotare, non animam simul; Medicum igitur, et si corpore aegrotet, dummodo animam bene affectam habeat, corpora tamen aegrotantia curare posse, quum non corpore, h. e. solo nudoque corpore, aegrotans corpus curet, sed anima, sola scilicet, ex hypothesi, corporis ministerio, ad hoc opus perficiendum, nec indigente. Quod iudicis exemplo illustrate non veretur, anima ipsi animae imperantis, et pulchre quidem summaque cum iustitia, et si a pueritia cum malis animis ille conuersatus sit, ipseque iniusta quaeque facinora perpetrauerit: sic enim illum nunc, ex se ipso, aliorum scelera acute coniectare posse, quemadmodum Medicus morbos ex suo quondam, omnibus morbis tentato, corpore optime cognoscere posset.¹⁾ Sed enim vero, sicuti PLATO in hac comparatione rem multo diuersam, Iudici et Medico obiectam, non attendit; quorum ille circa naturam, non animae, sed hominis, moralem maxime, non sola quidem anima, sed corporis ministerio adiutus, versatur:

hic

1) de *Republ.* III. p. 620. conf. §. V.

hic autem non in corporis tantum, sed in hominis, morbis curandis, non solius animae virtute, sed pariter corporis ministerio iuuandus, hoc est, in re physica, maxime occupatur; quae sane tota natura differunt, modoque multum dissimili, tractanda sunt: ita quoque sibimer ipsi simul repugnat, dum Medicum morborum curationem, sola anima, perficere, hoc loco, tamquam exploratum, assument, indequ tam paradoxam, de Medici aegrotantis et valetudinarii praestantia, natam opinionem reperit, et si alibi, perque superius adducta, non modo diligentem Medici cum bonis et malis corporibus consuetudinem requirat, ^{m)} sed etiam, in quo officium Medici contineatur, satis commode, modo que, cum hypothesi non consentaneo, describat: 'Ο δε ἐλένθεος λατρὸς ὡς ἐπιτοπλείσον τὰ τῶν ἑλευθέρων νοσήματα θεραπεύει τε καὶ ἐποκοπῇ καὶ ταῦτα, ἔξετάζων ἀπόδεχτος καὶ κατὰ Φύσιν, τῷ κάρμοντι κανέμενος αὐτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις, ἄμα μὲν αὐτὸς μαθάνει τι παρὰ τῶν νοσήτων, ἄμα δὲ, καθόσον εἰς τε ἐστι, διδάσκει τον ἀδειεντά αὐτὸν καὶ βρέφερον ἐπέταξε πηγὴν πηγὴν το τε μετὰ πειθός ἡμερέμενον δὲ παρατενάζου τον κάρμοντα εἰς τὴν ὑγειαν ὅγμα, ἀποτελεῖν περιθῆται' ⁿ⁾ Quae quidem omnia, nec a sola anima, nec ab aegrotante et valetudinario Medico, peragi posse, ne PYRRHO ipse quidem, cum tota sua familia, dubitauerit.

§. XVII.

Ad pauca redeamus, solertissimas istas nugas, quae vix somnianti in mentem venerint, missuri tandem, ne in re, paene inani, nimis insatiabiliter laborasse dicamur. Nullum autem dubium, his ita hactenus expositis, esse potest, quin paruo admonendum labore ad ea adhuc responderi possit, quae, ab ingenio R. MAZZINI profecta, captiosa probabilitate nos fallere posse uideantur; si qua forte nondum satis confutata fuerint. Recte primum a

E

Medi-

^{m)} vid. §. II. supra.

ⁿ⁾ de Legib. IV. p. 834.





Medico experientiam, eamque, quoad fieri potest, consummatissimam requiri, non pugnamus: sed talem experientiam, quam multi saepe, et in re praesenti PLATO cum suis propugnatoribus, exigunt, haberi posse, quantum id naturae ac experientiae repugnet, iam satis affatimque ostendimus. Fac vero etiam, id tandem per naturam, prodigiose prodigam, vt cumque licere, et de cimum quemque tot pericula mortesque feliciter evadere: quorum autem quemque tanta futurum vecordia putaueris, tam et omnis salutis suae, animaeque, prodigum, vt tam horrenda lege Medicinae noinen dare audeat? Vocem ne naturae agnoscis? quam CICERO ^{a)} commode expressit: *Non enim suspicere ipsi aegritudines, propter alios, debemus, sed alios, si possimus, leuare aegritudine.* Quae sequitur Medicae artis cum munere obstetricio comparatio, magis prospere non succedit. Vicerit foecunditate obstetrix Aegyptiacas mulieres, quin illam quoque, numerosissima prole notissimam, Margaretham Hollandicam; ^{b)} summamque in his rebus experientiam, et opem ferendi prudentiaru ac dexteritatem, sibi comparauerit: nisi integris adhuc viribus fuerit, sed morbis, prodigioso suo partu numerosioribus, impedita, sed perpetua inuioletudine fracta, senioque confecta; quod quidem palmarium in quaestione est: ecqua ingemiscens eius modi Lucinam, vt opus suum faciat, arcessi, fidemque eius implorari, voluerit? Tanto, ais, non numquam labore ac patientia, difficile in partu, obstetricies fatigari, vt lares suos repeatant infractae et elumbes, artem suam diris execrantes: ^{c)} quid, quaeſo, mi Bernhardine + Medici tui Platonici, vere deuoti, non fecerint, quos ad omnes casus, ad quaevis obeunda discrimina, promtos paratosque tanto pere desideras? Illa denique, (reliqua enim minutula morari non vacat) tam studiose laudata atque commendata, Medici valentia, ^{d)} *Rese diuina*

^{a)} Qu. *Tuscul.* IV. fere in medio.

p. 601. sqq.

^{b)} conf. SCHYRIG. in *Embryolog.* ^{c)} RAMAZZINI *Opp.* p. 547.

disarri erga suos aegrotos singularis comitas pietasque, contra ea autem Medicis, bene semper valentibus, duroque de robore natis, nimis confidenter exprobrata, duriusque appellata, acerbitas et imperiosa seueritas, qua non raro decumbentis animum et morbum simul exasperare soleant, affectum produnt admodum improbatum, nosque adeo, a suscipiendo iniuste accusatorum patrocinio, tanto facilius dispensant, quanto magis, qui facit, non, qui patitur, iniuriam, in culpa est, gratiosus autem eorum ordo defensione nulla indiger. Imo vero non retundere tantum hoc temum, sed etiam retorquere, ex facili liceret. Quum in fragili corpore omnis offendio odiosa esse soleat, idem, suffragante experientia, de plerisque morboris ac inualetudinariis dixeris, quod de senio confectis CICERO ^{r)} dixit, *morosos, illos esse, et anxios, et iracundos, et difficiles*; blande igitur compellandis et sedulo admonendis:

Ne tibi moros veniant fastidia morbi. ^{s)}

Quare etiam, omnia ad conscientiam referentes, Medici, vbi ipsi medica ope indigent, alii opem ferre recusant: ne fistro magis inhiare, quam officii rationem habere, videantur. Secus qui faciunt, hos grauiti SENECA ^{t)} reprehendit: *non sum, inquiens, tam improbus, ut curaciones aeger obeam; non tacite insinuans et probans, Medicos, male firmos valentesque, arti facienda pares putando non esse.* Quibus illud ipsius huius sapientissimi Philosophi non immerito accommodaueris et cogitandum dederis: *Non magis mibi potest quisquam talis prodeesse praeceptor, quam gubernator in tempestate nauicabundus.* Tenendum est, rapiente fluctu, gubernaculum, lucrandum cum ipso mari, eripienda sunt vento vela. *Quid me potest adiuvare rector nauigii, atronitus,*

E 2

^{r)} de Senectute, cap. XVIII.
^{t)} OVID. A. A. II. 323.

^{s)} Epistolar, XXVII.



*et vomitans? Quanto maiore, putas, vitam tempestate iactari,
quam ullam ratem! v)*

§. XVIII.

Quum nullis de virtutibus nec gratior nec admirabilior miseri-
cordia sit, hominesque, CICERONE iudice, nulla re proprius
ad eos accedant, quam sature hominibus danda: *) iniurii possemus
videri in nostra tempora, in nostri, inquam, seculi temperaros
magis moderatosque mores, sin illos beneficia non agnoscere, sed
vota potius suscipere, modum superantia, quin sceleratas fere
preces, cum crudeli PLATONE, precari, nimium suspiciosi nobis
persuaderemus. Hoccine, enim, ut cum gratioso illo apud Co-
micum †) Charino mirabundis rogare liceat:

*Hoccine credibile est aut memorabile,
Tanta recordia innata cuiquam ut sit,
Ut malis gaudeat alienis, atque ex incommodis
Alterius sua ut comparet commoda? ab,
Idne est verum?*

Id quod nos cum Charino non credimus; sed hoc potius et credi-
mus et scimus, nihil quidquam secundum rationem esse posse,
quod repugnante natura sit. Quare etiam PLATONIS, ultra omnem
modum, absconum consilium et furiale prorsus votum, de Medicis,
omni morborum et inualetudinis generi, in artis incrementum, ex-
ponendis, ut naturae rerum, sic omni quoque rationi ac virtuti,
quam quod maxime, repugnare, adhuc operiosius demon-
strare nolumus. Castior votorum nostrorum summa sit, ut
omnibus nobis mens sana in corpore sano inhabitet:

*Μέγιστον γὰρ αἰγαλῶν ἡ περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν
ψυχὴν ὑγίεια.*

v) Epp. CVIII.

*) Oros. pro Q. Ligas. extremo.

*) TERENT. Andr. IV. I.

1018



QK II U 46

ULB Halle
002 174 146

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



INAUGURALIS MEDICA
DE
PLATONICO
Q V A M
A E S I D E
O A V G V S T O
G G V T H
PATH. ET CHIRVRG. P. P. ORDIN
NIORE ET H. T. DECANO
D V D O C T O R I S
IVLII CICICCLIX
H. L. Q. C
C E D E F E N D E T
I A N V S A V G V S T V S N E E F E
ENSIS - HERMVNDVRVS
A E C A N D I D A T V S
TENBERGAE
DANNIS SAMVELIS GERDESII

